



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Iustitia Et Iure Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetii, 1608

2 Nunquid pueri religionis voto se possint obligare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

debitur. Seruus autem quia in potestate dñi est neq; ad religionem se vñquam obligare valet, neque ad peregrinationem, neq; ad aliud per qdñ obsequio subducatur, vt Doctores super cap. scripturæ extra, de vot. & vot redempti, annotant. Ad tertium vero respondet S. Tho. quod est plus sit facere, quam promittere, atque adeo religio si multa incōsūltis prælati facere queant, nihilominus non possunt firmiter absque eorum consensu vovere. Et ratio inquit, est, quia nullum est tempus exceptum in quo prælatus nō possit cum circa aliquod officium occupare. Veruntamen hæc rationem Conradus loco citato non approbat. Arguit enim hos non euincere, quin possit subditus aliqua vovere, quorum contraria non potest iubere prælatus, vt non mentiri, non male loqui, &c. At vero sanctus Thomas non intendit illam præ ratione adequata inducere. In contextu itan que questionis causam reddiderat, cur sub dius inconsulto prælato vovere non potest, nempe quia habet voluntatem illius arbitrio alligatam & eandem explicat in inicio reponit, scilicet quia religiosus subditus est prælato quantum ad suas operationes, secundum professionem regulæ. Alia autem subiuncta causa solum est particularis, respectu illorum operum, quorum contraria prælatus potest præcipere. Nam cum potestate habeat quocunque tempore præcipiendi, libera esse dent subditu voluntas ad obtemperandum, & ideo vovere contra non potest. At vero neque de huiusmodi operibus tam euidenter hæc ratio rem conuinicit, quam illa prius enarrata. Nam cauillari quis posset, dicens, quod quamus prælatus potestatem habeat quocunque temporis articulo occupare subditum, non inde euincitur, quod possit eius vota irritare: sed hoc tantum, quod non obstante voto debet ei contrarium iubeni obedire. Sed nihilominus votum perstat firmum, obligans subditum secundum ipsum facere quandum prælatus opus contrarium non præcepere. Itaque auctoritas prælati extenditur ad impedendum aliquando executionem voti, non tamen ad irritandum votum. Attamen nihilominus est congruens ratio quod si potest quorū libenter executionem impedit, possit & votum tollere, quod quadamtenus libera obe-

dientiae obuiare videtur. Ad quatum Ad 4 denique responderetur, quod esti votum subditum sine consensu prælati emissum non sit omnino firmum, nihilominus quia eius permisso mandari potest executioni, non peccat subditus vovendo, siue religio sus sit, siue uxori, siue filii. Ex quo verbo colligitur votum statim esse obligatorium, si de materia sit non prohibita, licet a prælato pendulum. Secus, si sit prohibita. Sed neque tunc est peccatum vovere, postquam sit sub conditione, si prælato placuerit: sicut alterum cum conditione, nisi renueris.

ARTICVLVS II.

Vtrum pueri religionis voto se possint obligari.

S E C U N D A hominum conditio de quibus dubitabatur, an se possint uiri arg. iugo subdere, est puerorum. De quibus agitur, quod nulla se possint uouendi religione uincere: Ad firmitatem requiratur deliberatio: que cum absque rationis luce fieri nequeat, amentibus & futilis non accidit, ac perinde religione uouendi excluduntur: pueri autem nullus affulget rationis radius, aut malignior atque exilio quam ut deliberare queant, ergo quidquid uoverint, cassum est. Secundū arguitur, id quod fieri recte potest, nequit ab alio haberii ritum: uotum autem religiosum quod uel puer uel puella ante pubertatis annos suscepit, potest a parentibus retractari, ac perinde a tutori, ut 20. q. 2. c. puella prospectum est ergo uidentur eiusmodi pueri ante legirimos. Coddē annos non posse rite uovere. Tertiū: Propteræ religionem ingressis annus permititur probationis, ut maturo consilio perpendat quid ferre ualeant humeri, hæc autem matura persensio non competit pueris, ergo non possunt legitime uovere. In contrarium est idem ipse citatus canon, puella, ubi admonetur uotum puellæ nisi intra annum apparentibus reuocetur, validum esse, quod testimonium est ante fusse rite factum. Nam quod non reuocatur etiam si non reuocetur, nunquam sit illa ratione solidum.

Ad questionem quatuor conclusionibus respödetur. Prima est: Si puer & puella an-

Prima la ante pubertatis annos non ea viatur rationis luce, ut deliberare queant, nullo se
voto possestr constringere. Ante probatio
nem autem conclusionis recolere ex superio
ritibus opus est alterum esse vorum sim
plex, alterum vero solenne, quorum diffe
rentia est, quod solenne solum a ecclesia au
toritate firmatur eo quod in beneficio
ne aut consecratione, ad modum superiorius
expositum, secundum ecclesiastica decreta
solidatur: vorum autem simplex efficaciam
non habet aliam, quam qua a deliberatio
ne vocationis exurgit, quae se obligare inten
dit. Hec autem deliberatio duplice de caus
a, ut dictum est, infirmatur, ne robur ha
beat. Vno quidem modo ex defectu ratio
nis, ut de furioso & amentibus dictum est,
dum suo paroxysmo tenentur altero vero
modo ex eo, quod voluntatem haberet alte
rius arbitrio colligatam. Ex priori ergo
membro sit consequens nostra conclusio,
quod si puer nondum viu rationis fungi
tur, nequamque se potest voto perstrin
ger. Secunda conclusio: Si puer ante pu
bertatis annos munere rationis fruatur,
potest quidem quantum in ipso est voto
se obligare, sed nihilominus ex parentum
arbitrio pender, aut eius qui puer curam
gerit, ut possit ab ipsis irritari. Probatur
conclusio: Nam pueri ante legitimam etiam
in viroque memoratorium modo im
pediti sunt nempe & ob rationis defectu,
& ob ligamen quo eorum voluntas sub iu
go est parentum. At vero quia, eis non
crebro, tamen quandoque viu venit, & lux
fessina rationis ante confuetam etiam
aliquibus affulgat, fiantque subinde doli
capaces, idonei tunc hant, ut rite possint
quantum in se est vora edere, manet nihili
minus impedimentum alterum puta de
pendentia ab aliena voluntate, cuius arbit
rio irritari possestr. Tertia conclusio: Vo
tum solenne nemo quantumcumque sit
doli capax, ante pubertatis annos potest
fuscipere. Conclusio nona alia indiget
probatione, quam ecclesia auctoritate,
nam sola est causa huius afferri, que qui
dem masculis 14. annum prescriptis, see
mellis vero 12. Quarta demum conclusio:
Post annos pubertatis, quisque se potest
religionis voto nihilominus solenni qui
simplici, quantumvis parentibus recla
mantibus, sumissime obligare. Hie pri
mum omnium tres sunt discendi tra
tis limites videlicet infans, qui dum
primo septennio, quo tempore infans
consentitur nullo fungi rationis ductu, si
que adeo eorum vota nihil penduntur.
Atque ad hoc tempus alludit prima con
clusio. Mox sequitur pueria, que visque
ad quartum decimum annum manus
protenditur, ubi pueri aduenit. Et illa
etate possunt pueri esse doli capaces, sed ta
men durat tunc potetas parentum ad ir
ritandum puerorum vota, etiam si sit
per sonalia, puta religionis, ut habet cap
non solum de reg. lib. 9. Femellis autem
prescribitur annus duodecimus, unde pa
teritas illuc incipitur, ut habeat circa
cap. puella. 20. quæst. 2. sed quantum ad vo
ta realia, quibus feliciter vocationis, ut
sumpus, deinde subsequitur tercians, ut
puta adolescentia, que dicitur pubens,
quo tempore adolescentes sunt sub cura
parentum, ut de suis bonis sine eorum au
toritate dispensare nequeant: ut habetur,
ff. 100 tit. de minor. 2 s. annis. Hinc autem
forsan nos obiter interrogans interpellat,
cur pueris minus sit tempus ante puber
tatem praescriptum, quam manus? Nam
cum feminæ levioris sint iudicis & pruden
tiae, contrarium videbatur ratio flagitiae,
nempe ut longius eis poneretur ad consu
tandum tempus. Relponderet forsan in
canlla fuisse, quod in feminis acceleratus
fessina rationis vissus, fructus enim quo
excelsioris sunt natura serius maturerunt.
Sed tamen legitima causa fuit, quod in
viro qui præfæcse debet vxori, præstantior
requiritur prudenter quam feminis,
quibus gubernatio familia non adeo in
cumbit, præstantior enim sapientia re
quiritur ad gubernandum, quam ad obe
diendum. Hic vero admonito opus est,
quod puer qui ante puberitatem non ha
bet rationis viu, vocatione nequeat, non tam
est tantum intelligentiam ante septen
nium. Nam etiam undecimo anno, &
puer tertiodicimo, qui illo caret, eadem
ratione prohibetur. Et vice versa iuxta
tenorem secunde conclusionis, si ante
septennium eundem haberet viu, quod
quidem prudentum discernicculo perpen
dendum est, obligare se posset voto, nisi
parentes tenentur. Illi ergo annorum
limites designantur secundum præsum
ptionem iuri, arque adeo quando res
est dubia, ex illis sumendum est iudicium.
Sed

Sed est hic præterea notandum, q[uod] quando ante legitimū tempus pubertatis quis emisit votum, etiam si s[ic] religionis, quod post modum neque irritatum fuit, neque legitimamente iterato confirmatum, tunc ut ille secundum conscientiam reus voti iudicetur, nō sufficit quæcunque opinio, tunc habuisse v[er]um rationis, quando votum, sed requiritur rem esse adeo certam, & competens, vt nulla aut tenuissima apud viros prudentes reliqua fia dubitatio contrariae opinionis. Monitum hoc pro capitu meo hic ob id appendi, q[uod] vulgo existimat, dum res est dubia, potius esse in fauorem voti iudicium serendum nempe obligare credidit namque prosus contrarium, nam cum iure eiusmodi puer presumatur non habuisse v[er]um rationis, non est in contrarium adiungens nisi luculentiter id ratificari. Melior siquidem est possidentis conditio & hominem magare liberum, ceterum manere in sua possessione. Immo hoc semper arbitrus sum in fauorem voti facere, ac potissimum religionis quippe q[uod] cum res sit grauis momenti, nemo debet, in illam nisi ratione cogente obrutus. Et confirmatur: Quia nemo ante illud legitimū tempus tenet ecclesiasticis legibus priuata sacramentorum, aut ieiuniorum, nō ergo est curteñatur voto quod ex sua materia voluntate pender, nisi plane constet esse doli capacem. Ex his sic dispositis etatū limitibus, colligitur tam convenientia, quam differunt inter votum personale & reale, & Personale enim est, quod ad personam attinet, vt est religionis, orationis, aut ieiunij, reali vero, quod pertinet ad res, puta ubi votum sumptus requiruntur. Ambo ergo in hoc convenient, quod ante rationis v[er]um neutrum, potest emitti, illo tamen praesente v[er]umque simplex. Nam solenne religionis, nō est nisi post quartumdecimum annum. Rursus convenient, quod ante pubertatis annos, nempe ante quarum decimum in puer, & duodecimum in puerilla, v[er]umque potest a parentibus vel tutoribus irritari, etiam si s[ic] religionis, quo irritato, nulla eius obligatio in perpetuum refurgit. Differunt tamen, quod votum personale post quartumdecimum irritari non potest. Et ratio est, quia iam puer habet rationis v[er]um, vt suam obliget personam, votum autem reale v[er]um ad vigesimumquintum irritari potest. Circa prius autem ho-

rum membrorum sorsan quis dubitet, an de omni personali voto sit intelligendum. Nempe si puer anno 15, voleat ieiunium aut quotidiam orationem, virum perinde ac si esset religionis nullatenus irritari possit. Est enim a parte affirmativa argumentum, quoniam canones irritationem non prohibent, nisi voti religionis, quod in eius fauorem videtur factum. Neque S. Thom. in 4 de alio voto loquitur. Item si vxor similia ederet personalia vota, possent a viro irritari & pariter prælatus omne votum subdit, sed tantam habet potestatem pater in filium, quantum vir in uxorem, ergo & haec valet cessare pater in filio qui nondum vigesimumquintum annum attigit. In contrarium est quod ratio que concinit religionis votum tunc & tunc irritationem non posse, est, quod iam tunc est plenus rationis v[er]us, quae quidem ratio idem concinit de quoquaque alio personali. Quare non facile credam illam exceptionem esse factam in fauorem religionis, immo est declaratio naturalis iuris. Et ideo cum illud quod obseruat difficultus est, maioremque exigens deliberationem irritari v[er]etur, consequens apparet, minor a minus irritari posse.

Igitur libertus negatius ad questionem responderem, videlicet nullum personale votum filii pubertatem ingressi posse a parte irritari. Nam Doctores idem iudicium de omni personali proferunt. Neque simile est de uxore, quoniam illa non prohibetur vovere propter rationis deficitum, sed propter subiectionem ad virum qui omne eius votum irritare potest, sicuti prælatus omne votum subdit, filius autem post pubertatem quo libertatis usum non v[er]o, adeo subditus patri, sed duntaxat in dispensatione bonorum. Et ideo in falso casu non aliud quam dispensationis remedium suppetit. Quod si quis contrarium esset, probatio rem rationem excogiter. Contra tertiam deinde conclusionem quae negatur est v[er]um solemne ante quatuor decim annos validum esse, arguitur. Matrimonium eorum, qui sunt doli capaces teneri docemur, ea de illis de sponsis impinguo & votum valere debere, siquidem maioribus priuilegijs soueri debeat quam matrimonii. Adde quod est ordo facer, quodq[ue] præcedenti dicebamus, si quis ante legatum tempus illi initietur, tenet. Cui quidem

Dubita-
tio.
S. Tho.

Solutio.

Argum.
contra
tertiam
conclu-
sionem.

dem ordini annexum est castitatis votum, ergo non est cur non valeat solemnne votum. Neque satis est respondere sic ecclesie placuisse, nam cum spiritu sancto regatur, nihil temere constituit. Quaremus ergo eiusmodi rationem decreti. Respondeatur, quod sacramenta non subsunt ecclesia iudicio ut secundum essentiam mutentur, & ideo ubi competens substat materia, non potest illa sacramenta irritare. Vnde cum vir & foemina libere consentientes possint iure naturae matrimonio coniungere, sit ut si malitia aetatem suppleat, nempe si non modo rationis lux utrique praefulgeat, verum & foemina idonea sit viro, atque ipse possit matrimonium consummare non potuit ecclesia tale irritare matrimonium post quam illius sacramentum perficitur. Et similis parque est de ordinis sacramento ratio.

Solutio.

Atamen quoniam religio non est sacramentum, potest eadem ecclesia solemnne religionis votum irritare, id que adeo consuisti ante quartumdecimum annum cassatum duxit. Quod si rursus interroges, an saltet tale votum religionis existimandum esse pro simplici, apparet nanque sic esse, quoniam cum ecclesia solam solemnitatem denegar, videatur ille in quantum potuit obligatus remanere, puta voto simplici. Similis enim habetur cap. quidam, & cap. placet, de cōuerso coniuga. Coniunga enim qui altera reclamantia abstractus est a religione, quamvis a uoto solenni absoluere censeatur ligatus tamen manet ne altero defuncto ad secundas transeat nuptias, quia obligatus est carnis debitum non petere. Nihilominus non obstante argumentum similitudine, quae nonnulla est, crediderim impudentiarum rem securi habere, nempe ante quartumdecimum quis fecit solemnne uotum, qui nunquam simplex aliud neque ante nec post egerit, nullo ligari, neque simpleis voti sene, quandoquidem uotum illud irritum per ecclesiam habetur ut habetur cap. non solum de uot. lib. 6. Neque simile est de coniuge, nam in uoto solenni coniugis includuntur tanquam duas partes, & non reddere debitum, & non petere, & ideo licet ab altero coniuge sub eius est potestate impediatur eius voluntas respectu prioris, superstes nihilominus sit ei potestas obligandi se respectu posteriori. Ille autem qui ante aetatem solenniter uover,

non impeditur quia alligata habebatur voluntate, sed propter aetatis defectum, & ideo ubi simpliciter irritatum est solemnne uotum religionis, non est cur virtutem simplicis retineat. Postremum denique dubium est quod superiori articulo tenimus, nempe utrum si pater uotum filii duobus sua est potestate non irritat, integrum sibi sit, postquam emancipatus est; idem eius uotum irritare, quod dum sub sua erat curta emiserat. Exempli gratia. Puer terciodecimo anno uotum fecit simplex religionis, quod neque pater ante quartum decimum irritauit, neque filius ipse postea amplius confirmauit, in decimo autem quinto anno, voti eundem filium patet, utrum facultas tunc perduret in pote illud cassandi, quandoquidem si tunc uolueret, certum est non posse. Pater uotum reale ante vigesimumquinto annum emissum a filio, utrum postquam eodem elapsi tempore emancipatus est filius, pofit a patre irritari. Profecto res est dubium, gratius tamen in partem negativam inclinare, nam eti tempore emissi uotiposter irritare illud poterat, eadem ei potest non perstat nisi usque ad praefinitum tempus. Quare si illa intra idem tempus non fungitur, postea non valer illam exequi. Idque a simili confirmatur. Nam si seruus dum erat sub alterius dominio uotum emisit, quod nunquam dominus irritauit, postea libertus non potest ad dominium recurrere qui illud irritet. Neque in ratio teneret.

Ad primum igitur argumentum respondetur, solum concludere pueros quibus nondum rationis uetus illius nequaquam uovere posset, ut prima assertio conclusa. Ad secundum negatur prior premill. Enimvero quamvis in potestate sit patris berorum uota infecta reddere, nihil tam obstat quoniam uouere possint, nam intelligitur negativa conditio, nisi a parente vel tutori irritetur. Quare quando non irritatur, tenetur filius, videlicet religioso diximus, illud exequi. Tertium deinde, de uoto formaliter currit.

quod iam dictum est ante annos pubertatis suscipi non posse.

QV

Solutio.

At vero quod in primis assertis, non potest esse, quod pater uotum filii non irritat, sed potest, quod filius uotum patris irritat. Nam si pater uotum filii non irritat, non potest filius uotum patris irritare. Non enim potest filius uotum patris irritare, nisi a patre irritetur. Quare quando non irritatur, tenetur filius, videlicet religioso diximus, illud exequi. Tertium deinde, de uoto formaliter currit.

quod iam dictum est ante annos pubertatis suscipi non posse.